Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epitaphia Petri Serinii et Francisci Nadasti rebellium 1671

Zrínyi, Péter

[S. l.], 1671

urn:nbn:de:bsz:31-112818

Visual Library

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Misc. 4°
127

42 A 1932,17 RH

[Mi

1/39

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

[Miscellanea. Bd 17]

RH

1/39

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ein Sen

SINCE

M

LUDO

SELI

a

Wonnen dasjen

zwischen Franck

fälle

Auß dem Latei

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

10.
~~687.~~

EPITAPHIA
PETRI SERINII
ET
FRANCISCI NADASTI,
REBELLIUM.
1671.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

[Peter v. Zrinyi]
[Franz Nadasdi]

†
***

EPITAPHIUM SERINII.

SISTE gradum viator,
Religioso loco institisti,
Hoc spoliarium est
mortalitatis
PETRI Comitis Serinii,
cum quo
Pannonum ferocia,
Rebellium fiducia,
robur partium
contumulata sunt;
Tantis in uno sepulchro funeribus levem
terram precare.
Quis sit ille
Petrus Comes SERINIUS,
Viator, si quæris, dicam:
Majoribus dehonestamentum,
Præsentibus horror,
absentibus fabula,
Utrisque insigne documentum,
Qui obsistunt potestati, DEO resistere, tunc verò;
qui obsistunt, sibi ipsis accipere condemnationem.
Verbo,
piaculare cadaver.
Idem quis fuerit,
Ab ipso disco, beneficio literati lapidis

loquente:
infelix mortalitatis conditio!
Postquam perire necesse est, hoc agit fatum,
ut sontes pereamus,
additur miseriæ culpa;
Adeo nemini nisi culpa sua esse infelicem
concessum est.

Petrus Comes Serinius

Iis natalibus eram,
ut virtute
ea virtute
ut natalibus ad nobilitatem opus non haberem,
Cæterum nec obliterando exitus dedecori sufficit
natalium decus nec expiando facinori virtus,
Nobilitas profecit, ut conspectior
moriendi fœditas esset; virtus,
ut detestabilius scelus,
Ban, Trium Regnorum, Ban, Sclavico vocabulo, quia
mir. Græco non eram, nihil esse videbar.
mihi!
nunc neutro sum,
Sclavico nomine Germanicum me
exspoliavit
Banno Cæsaris ictum.
Græcum non, tenui, nec hebes cerebrum
Græcam vocem capiebat,
quamvis pergræcari perdidissem
planè.
Tam cupidum Græcæ literaturæ Græciam
Me missum oportuit cum Tättenbachio,
Sed Neapoli citius attigi

finem

finem meum
Opum, honorum, gloriæ plenus,
non ſatur,
In Cæſarem ſurrexi,
Ut Carnifici procumberem,
Rebellionem cæptavi,
Causâ nulla, Conſiliis nullis,
Spe nulla, fine denique nullo:
Neque tàm præmia periculorum quærens,
quam ipſis periculis Lætus.
Aliorum negotium geſſi,
mihi pœnam habeo.
Cœterum quam ferox fueram ad Rebellandum
tam ignarus ad bellandum;
novare res ſcivi, non gerere,
prodidi ſegnitie ſpem proditorum,
ſic ipſa prodita proditio eſt.
Hinc opportunitas Cæſari ad debellandum,
venit, vidit, vicit.
Imo nec venit, nec vidit, nec vicit.
Penè inermis armatos disjecit, ut coqvus ahenum,
quando fervit, parva confutat trua,
finis rebellationis fuit, qui ſolet;
Summum rerum arbitrium Cæſari datum,
Hungaris obſequii gloria relicta eſt;
Nimia uſurpatione licentiæ
licentia jus perdidimus,
non tuiti ſimus,
At qui habebar ego bellator ſtrenuus
& felix:
ſed tunc, vires cauſa attolleret,

nunc causa vires frangebat,
Sed tunc cùm auspicia adversabantur,
Igitur oppressus
serò à plagoso præceptore
justitiam didici, & non temnere Divos.
De me plures sententiam dixere,
nemo mitiorem, quàm quem læseram.
Danda fuit gladio præfracta & candida cervix,
gloriam ferro portam,
ferrum infame demessuit
Jctu secundo, atque adeò non secundo,
Heu mihi!
Quod Cæsar tàm imperitos messores mittit
in messem suam,
Cum primùm tactus sum, credebam me Thrasybuli
virga feriri,
Enim verò
Exitus docuit Periandri gladium illum fuisse,
Heu mihi!
Jam tum Carnificis sipario ferali certum
est obvolutum mihi caput fuisse, qui
districtum in me ultoris DEI, gladium
non viderim, cùm facinus meditarer.
Justa sunt judicia tua Domine!
Nunc vos ô populares mei,
quia Mosi non creditis & Prophetis,
mihi uni ex fratribus meis creditote,
non illi quidem ad vos reverso,
mortuo tamen:
Subjecti estote potestati supereminenti,
Non solum propter iram, sed etiam propter
con-

.840.

conſcientiam,
addo ego,
ſed & propter commodum veſtrum:
Nam utilior eſt diſcordi libertate, uni
parendi neceſſitas.
Sic habetote
ſolis Germanis & Italis convenit libertas,
Illis, quia ſapientes ſunt,
Iſtis, quia tranquilli,
Vobis inconſultis & turbidis expedit
Servos eſſe, ſi ſervi ſunt, quibus ademta
eſt ſeipſos perdendi licentia:
Gratis utimini præceptis, quæ
mihi magno Minervali capite
conſtiterunt.
Nil amplius te moror.
Abì
Viator,
Te faciant aliena pericula cautum.

EPITAPHIUM FRANCISCI NADASTI.

Siſte,
quisquis hunc lapidem teris,
degit hic,
quem tetigit juſtè manus Domini,
quæ
deponit potentes de ſede,
&
reſiſtit ſuperbis.
Franciſcum Nadaſtum,
ſangvine nobilem,
ſtemmate Comitem,
Religione Catholicum,
conditione judicem Curiæ,
dignitate Conſiliarium intimum,
&
quod plus eſt,
Aurei velleris Equitem,
ſed
cujus
Propria veſana regnandi ambitio
deſce-

defœdavit ſangvinem,
exauctoravit Comitem
conſiliarium exuit,
Equitem aureo privavit vellere.
Jacet
Franciſcus ille
Rebellis
&
perduellionis Coryphæus,
contemtor
Legis Divinæ,
quæ præcipit:
Nolite tangere Chriſtos meos!
nihilominus
ſacrilego auſu
manum ſuam plus quàm belluinam
in
ter Chriſtum,
Cæſarem, Ungaricæ & Bohemiæ
Regem
Leopoldum,
auguſtiſſimum & clementiſſimum
Principem ac Dominum,
nefariè
extendere moliebatur.
Jacet
oblitus
Fidelitatis ſuæ & juramenti,
conſilii intimi, Sigilli
violator,
immemor
Honoris, famæ, Religionis,
Tyrannus
in proles,
Vaſtator
in patriam,
Homicida
in Dominum,
oſor
Regum,
Inimicus
Cæſaris,
Domus Auſtriacæ proditor,
Sacri Rom: Imperii
Hoſtis
Jacet nunc,
qui
ambitioſè regere voluit,
ſed
ſine capite.
ô præclarum Regem!
caput
ſine capite regere.
Ita fit,
ut qui alienum caput
iniquè
quærit,
ignominioſiſſimè
ſuum perdat.
Verbo:
Jacet hîc
Reus in omnes,
cujus
memoria in omnium amareſcat ore,
&
nomen ejus ſub hoc lapide
in æternum
putreſcat.

(o)

s, & qui augmentant
re davantage. Et tout
uvé, que l'Excellence
yage de Cologne chez
umeurs de l'Excellen-
onde de la mesme vo-
le contraire de tout ce

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg